

circa reprobacionem dicti status Beginagii^{d)} non duximus faciendam; propter quod, sicut experientia nos docuit, scandala et pericula in populo nobis subiecto sunt suborta. Volentes igitur huiusmodi scandalis et periculis obviare, prout expedit atque decet, precipue cum huiusmodi motiva, que nos hactenus ab execucione tali retraxerunt, ad supersedendum ulterius eidem execucioni circa ipsius status reprobacionem motum nostri animi non informant, vobis et cuilibet vestrum in virtute sancte obediencie et sub pena suspensionis ab officio firmiter precipimus et districte, quatenus publice^{e)} in cancellis vestris et alibi, ubi fuerit oportunum, Beginas indifferenter moneatis, quas et presentibus nos monemus^{f)}, ut infra quindenam a publicatione presencium statum^{g)} huiusmodi Beginagium^{h)} a se effectualiter abdicent, ita quod abdicacio seu alteracio huiusmodi status valeat notabiliter apparere, vestes seu habitum, quem dicti status contemplacione hactenus detulerunt, abiciendo nec aliquid inantea attemptando, per quod in statuⁱ⁾ Beginagii ulterius valeant reputari, ecclesias suas parrochiales, a quarum frequentia et accessu occasione dicti status seu^{j)} pretextu se subtraxerant^{k)}, frequentando^{l)} et se in hiis ceteris mulieribus fidelibus^{m)} conformando. Alioquin easdem virtute dicte nove constitutionis extunc denunciatis excommunicationis sentenciam incurrise, ipsasque tamquam excommunicatas faciatisⁿ⁾ ab omnibus arcus evitari. Sed quia de iure procedit, quod ubicumque conditor^{o)} canonis sibi absolucionem non reservavit — ut est in presenti casu — locorum ordinariis concessisse videtur¹⁹⁴⁾, nos huiusmodi Beginas, que ex transgressione dicte constitutionis nove sentenciam excommunicationis incurrerunt et que eidem constitutioni nove nostroque processui presenti infra dictam quindenam parere voluerint cum effectum, absolvimus^{p)} in^{q)} hiis scriptis mandantes vobis, quatenus ipsas absolutas in modum predictum publice nunciatis. Dat(um) XV^o kln. Februarii anno domini millesimo CCC^{mo} decimo nono.

^{d)} Beginaii C, beginarum *Haupt* ^{e)} publicetis C

^{f)} monenus C ^{g)} *Glosse*: Ut Begine deponant habitum Beginalem et de cetero non reassumant, sed conforment <se> ceteris mulieribus W (= *Heinrich von Sachsen*) ^{h)} *zum lexikalisch nicht nachgewiesenen adjektivischen Gebrauch von Beginagus, -a, -um vgl. auch unten Beilage Nr. 7 S. 157 mit Variante g* ⁱ⁾ status C ^{j)} *folgt sub C* ^{k)} subtraxerunt *Haupt* ^{l)} a frequentando C, afrequentando *Haupt* ^{m)} *fehlt W* ⁿ⁾ facietis C ^{o)} condicio *Haupt* ^{p)} *Glosse*: Absolvuntur Begine a sentenciis excommunicationis post deposicionem habitus pristini W (= *Heinrich von Sachsen*) ^{q)} *fehlt Haupt*

¹⁹⁴⁾ Dazu allgemein H i n s c h i u s, System des katholischen Kirchenrechts 5 (1895) S. 360 ff. § 285, bes. S. 370 f. mit Anm. 6; siehe auch unten Beilage Nr. 6 S. 156 mit Anm. 197.